Item Statuimus et ordinamus quod vicarius Arronis tempore sui officij teneatur fieri facere unum opus communis a burgo arronis usque ad portam [illegible] dicti oppidi: ante quindecim dies septembris: et hoc tempore vindemiarum faciendarum. Et si in hoc fuerit negligens incidat in pena solidorum denariorum viginti. Et similiter unum aliud opus fieri faciat ab introitu dicti burghi per via publica versus molendinum scopuli ubicumque opus fuerit sub eadem pena.

Qui non teneantur venire ad consilium nisi fuerint vocati — Rubrica 38.

Item Statuimus et ordinamus quod qui habitant in villis extra oppidum arronis non teneantur venire ad consilium: nisi fuerint vocati et moniti per bajulum plebe vel domi in sero precedenti: preterquam diebus dominicis: in quibus et non moniti teneantur venire ad dictum consilium.

Quod possessiones non possint bandiri sine licentia vicarij — Rubrica 39.

Item Statuimus et ordinamus quod nullus possit facere bandire aliquam suam possessionem sine licentia et voluntate vicarij. Et si fuerit bandita sine dicta licentia non valeat nec teneat: nec possit de ea solvi aliqua pena. Et hoc adeo ut vicarius sit iudicaturus utrum dicta possessio sit bandienda pro damno dando: et quod dicta possessio bandita debeat scribi per cancellarium et publicari in consilio.

Quod officiales Arronis non possint exigere penas finito eorum officio — Rubrica 40.

Statuimus et ordinamus quod potestas et officiales arronis finito eorum officio et [illegible] non possint ulterius exigere aliquas penas: sed [illegible] non exacte [illegible]

De Regimine

tem ancani expingenda a formis de novis officialibus

Quod officiales Arronis non possint astringere aliquem de arrone extra terr.m dicti oppidi Arronis — Ref. ca. 41

It. Statuimus et ordinamus quod potes et alij officiales terre arronis non possint cogere nec astringere nec compellere aliquem de arrone pro causis civilibus aut criminalibus et alijs penis solvendis alibi quam arroni: que cause fuissent agitate arroni. et malefitia fuissent comissa in terr.a arronis: nec possint portare nec ducere executiones factas arroni extra terr.m arronis. et si secus fecerint non valeat nec teneat ipso iure.

Quot homines et consiliarij faciant generale cons.m et arenghum cois Arronis — Ref. ca. 42.

It. Statuimus et ordinamus quod sufficiens numerus hominum in cons.o seu arenghu arronis debeat esse ad minus quadraginta hominum. qui numerus hominum faciat et facere possit cons.m et arenghum generale cois arronis ad reformandum et obtinendum propositas et partita ac consultationes missas ad bussulas et pallottas. et quicquid fuerit reformatum et victum per duas partes dictorum hominum, valeat et teneat ipso iure: ac si pro inmesse (?) esset tota coitas et universitas dicte terre arronis

Quod qui non fecerit factiones cois minus habeat aliquod officium in coe Arronis — Ref. ca. 43.

It. Statuimus et ordinamus (quoniam equum est qui non patitur incomoda minus debere sentire comoda) quod qui non fecerit, nec facere velit factiones cois, puta operas expeditas et alia negocia cois: nec solverit nec solvere velit dictas collectas et granamina, que imponerentur coitas Arronis: minus possit habere aliquod officium in coe: et qui eum eligerit ad aliquod officium gerendum in coe puniatur de facto in [illegible] decem pro quolibet et qualibet vice. et minus possit [illegible] et [illegible] seu ambasciatore et qui eum eligeret incidat in dictam penam. et [illegible] [illegible] interesse cons. et si interesset non possit scribi neque admitti

eius dictum et qui scriberent et vic. et massarij qui administrarent incidant in eadem pena pro quolibet ipsorum et qui darent et recolligerent eius palludem puniantur simili pena vice qualibet etc.

Quod non solvant nisi medietatem coptimi qui non coluerint eorum laboreria eo anno quo debeant coli — R(ubric)a ca. 44.

Laurenti — Statuimus et ordinamus quoniam laboreria communis Arronis sunt nimis afficta et expensata et quisque habeat occasionem ea intermittendi ut unus reservant quod si aliquis non colerit eius laborerium dum debeat coli non teneatur respondere communi nisi pro medio coptimo quod teneretur si illud coluisset et ascriptum est sibi in catasto coptimorum etc.

Quod pignora deponi debeant penes camerarium communis Arronis — R(ubric)a ca. 45.

Statuimus et ordinamus quod omnia pignora que fient pro curia Arronis tam de civilibus quam de criminalibus et de aliis penis debeant deponi in manibus camerarii communis Arronis statim postquam fuerint facta pignora et contra qui non deponerent illa in manibus camerarii incidat in penam decem sol. den. vice qualibet et pro quolibet pignore etc.

De fornacibus inceptis quo tempore debeant finiri — R(ubric)a ca. 46.

Statuimus et ordinamus quod siquis inceperit aut designaverit aliquam fornacem pro calce et eam non finierit infra terminum duorum annorum liceat unicuique de [illegible] ibidem facere et fieri facere aliam fornacem et incidere ligna pro dicta fornace non vendendo fosso pro alio facto contra voluntatem domini et pro fornacibus faciendis in locis non vetitis pro forma predicti statuti liceat cuilibet incidere ligna absque aliqua licentia contrarii [illegible] Arronensibus tamen liceat. Et ubi esset incepta aut designata aliqua fornax nec vic. nec massarii possint concedere alicui alii pro causa sua fornacia facienda et si concederint vel concessionem alicui [illegible] non valeat ipso iure.

Quod conductor alicuius proventus communis Arronis debeat cavere et prestare idoneam fidejussionem.

De Regimine

Statuimus et ordinamus quod si quis cuiuscumque conditionis tam comunis quam spe-
cialis voluerit aliquem proventum comunis Arronis puta
passagia, proventus macelli carnis et alios minores et proventus com. Arronis: de-
beat prius cavere et ponere idoneam fideiussionem de solvendo id totum pretium
quod conduxit pro conductione supradictorum proventuum. Alias si secus factum fuerit
sua conductio sit nulla et nullius valoris et momenti. Et si vicarius et mas-
sarii vel alii pro comuni sine idonea fideiussione aliquem locaverint ali-
quem proventum [illegible] incidant in penam [illegible] ... et vice qualibet.

De gradibus intelligendis in Consanguinitate et Affinitate — Rubrica 48

Statuimus et ordinamus quod ubicumque in singulis locis presentis statuti ubi
fieret mentio de gradibus Consanguinitatis et affinitatis semper dicti gradus
intelligi et numerari secundum formam iuris canonici tam in Criminalibus
quam in civilibus et aliis mixtis causis debeant et non aliter.

Quanta debeat esse via Communalis et vicinalis in terr.º Arronis — Rubrica 49

Statuimus et ordinamus quod quelibet via communalis in territorio dicte terre
Arronis sit et esse debeat lata seu larga ad minus quinque pedum ad
mensuram sexdecim digitorum pro quolibet pede. Via autem regalis seu magistralis
ut est via sancta strata a furcella sancti andree confine arronis et montis
franchi usque ad furca luci confine arronis et pedislucii sit ad minus lata
sex pedum ad dictam mensuram. Via vero vicinalis ad minus esse debeat la-
ta quattuor pedum ad dictam mensuram. Vicus autem inter domos vicinorum esse de-
beat ad minus amplius duorum pedum ad dictam mensuram relaxandus comuniter a di-
ctis vicinis de eorum proprio. Et si quis edificaret aliquod edificium contiguum mu-
ro alieno sine licentia sui vicini non possit adherere muro dicti sui vi-
cini per unum pedem ad supradictam mensuram.

De inquisitione facienda in dannis datis — Rubrica 50

Statuimus et ordinamus quod quilibet de arrone qui aliunde voluerit
facere aliquam inquisitionem de dannis illatis in suis possessionibus: po-
ssit et debeat eam facere et fieri facere intra sex menses a die dicti d-
annificationis. Elapso vero dicto termino non possit amplius inquirere pro danno sibi illato.

De tempore possessionum banditarum — Rubrica 51

Statuimus et ordinamus quod possessio que banditur ad instantiam cu-
iuslibet persone non possit banditi nisi per sex mensibus tantum et non
amplius. Et si secus fieret non teneat ipso iure.

Liber Secundus de Civilibus

De modo procedendi in causis civilibus — Rs: ca 52

In primis Statuimus ordinamus et Sancimus q in causis civilib procedatur in hunc, qui sequitur, modu vz q ad instantia creditoris debitor citetur p publicu bay^n cois arronis dic seu sero precedenti pro mane sequenti: Et sufficiat una citatio si fuerit psl: si aut domi citetur bis no preco: que due citationes domi facte habeant eadem virtutem: qua habet psl facta: Et si secus fierit acta sint nulla. Et si debitor seu reus comparuerit in ter^o citationis et confessus fuerit debitu: a quantitas petita fuerit a vigint sol sup usq ad lb quinq deb per curia ponatur ter^s debitori quinq dier ad solvendum. Et si quantitas debiti fuerit a quinq lb sup usq in decē lb: detur ter^s debitori decē dier ad solvendu creditori: Et si quantitas fuerit a decē libris sup usq in omi suma debiti statuatur ter^s reo convicto quindecim dier ad solvendu creditori. Et elapsis dictis ter^{nis} fiet executio realr et psl contra debitor nō solvente ad libitu creditoris. Et si fiet realr in bonis mobilib fiat executio in duplu rei petite: in bonis aut stabilib fiat in triplum Et reus seu debitor possit solvere seu recolligere pignus vel tenuta infra ter^o decem dier. Et si in dco ter^o nō recollegerit p curia eligantur duo homines idonei ad extimandu dicts pignus vel tenuta. Et facta extimatione executio facta detur in solutu creditori. Et si plus valeret executio quam quantitas petita et expense legitime facte ia tenū plus quo fuerit extimatu restituatur debitori. Et si debitor fuerit citatus leg^e ut sup et nō coparuerit et fuerit contumax: procedatur ad executionē contra eu ad instantia creditoris ut sup: Sed creditor debeat liquidare suu creditu in omi casu ante lata sniam. Et si aliquis citatus ut s sup fuerit absens: possit allegari absentia p aliqua eius coniuncta persona. Et considerata absentia sit in arbitrio curie ter^m dandi ad coparendu: et nō coparente in ter^o dato procedatur ad executionē ut sup. Hoc tn addito q nō possit fieri executio aliqua nisi prius solvantur p creditore capita solidor cois: vz tres denarij pro qualibet libra: que capita sol ponimus sint cois sine aliqua exceptione

De iure sumario faciendo Arronensibus et forensibus — Rs ca 53

Item Statuimus et ordinamus q inter homines arronis et habitantes arroni fiat ius sumariu usq in XX sol: et forensib fiat ius sumariu usq ad ... lb.

Civilium

ad inde sup procedatur ut sup in capitulo precedenti

q̄ prime cause civiles cognoscantur Arroni — — — Rꝫ: ca 54.

SI Statuimus et ordinamus q̄ omnes prime cause civiles cognoscantur arroni.
et agitentur cora ordinario officiale arronis. et si aliud fieri nō valeat ipso iure &

q̄ in causis Civilibus Credatur relationi bayuli — — Rꝫ: ca 55.

SI Statuimus et ordinamus q̄ bay.s cōis arronis teneatur citare ad instantiam
cuiuslibet omēs et singulas psonas quas habuerit in mand.o et credatur eius relationi.
et si nō fecerit citationes quas habuerit in cōmissione incidat in penā viginti
sol p̄ qualibet citatione et vice qualibet —

q̄ Citatus possit agere contra Actorem nō Comparentem — — Rꝫ: ca 56

SI Statuimus et ordinamus q̄ si quis fecerit aliquē citare et nō comparuerit ad
[illegible] sū peticione cora curia: et Citatus cōparuerit et expectaverit donec
finiat hora iuris causarum civilium et actor nō cōpareret tūc ius citatus possit petere
et habere ab dicto actore p̄ suo interesse sol quinq. et fiat executio d. dictis
qnq sol sumarie sine alia citatione cōtra dictū actorē ad instantia dicti citati.

cōr copia et ter.no petendo in causis Civilibus — — Rꝫ: ca 57.

SI Statuimus et ordinamus q̄ citatus et reus in causis Civilibus possit petere
copia et ter.m ad respondendum: et curia pro primo ter.no assignet ei dilationem
temporis ad respondendum quatuor diei iuridicos. et si in d.co ter.no nō responderit alle-
gando licita causa impedimenti possit petere secunda dilationē: et curia ei
concedat ter.m duorum dieri iuridicor: et si in d.co ter.no nō cōparuerit impedi-
tus ut sup. possit petere tertia dilationē. et curia assignet ei una diem iuri-
dicu ad respondendū ut sup. et nō respondendo in dicto ultimo ter.no habeatur
pro cōfesso et procedatur contra ipsum ad sententiam cōdemnatoria et ad executio-
nem ut sup in primo cap.o d. civilibus. et si quis petierit ter.m ad producen-
dum interrogatoria articulos aut exceptiones. curia assignet sibi tres
dies iuridicos ad producendum p̄dicta. et si in dicto ter.no nō produxerit et allegaverit
[illegible] causa. curia possit et debeat sibi concedere secunda dilationē

duorum dierum et no ultra. Et si in dictis terminis no produxerit suspendatur exbim cumbentia: procedatur ad ulteriora ut iuris fuerit. Et si reus aut debitor peteret termi° aut copia in alijs rebus et actis civilib. aut criminalib. sit in arbitrio curie concedendi copia et termi°. Et q termi dandus reo nonen rrat in dieb feriatis et in honore dei reservatis.

De appellationibus et appellationum prosecutione. — — R.ca 58.

ij Statuimus et ordinamus q cuilibet liceat appellare et se reclamare ad superiorem post lata sniam tam in civilibus causis quam in criminalibus: dummodo appellaverit intra decem dies post lata sniam. Et no appellaverit in dcto termi° no possit ulterius appellare: sed ca sit et habeatur deserta. Et postquam appellaverit et recursum porrexerit ad superiorem et ad dnm alium iudicem competentem: et produxerit appellationem et inhibitoria in scriptis cora curia debeat infra quindecim dies post pdicta appellatione prosequi dicta appellationem. Et si in dcto termi° no prosecutus fuerit dicta appellationem: eius causa sit deserta et p deserta habeatur. Et q in dicta ca deserta no debeat nec possit ulterius appellari: nec admitti ulterius appellatio. Et q no possit aliquis appellare ante diffinitiva sniam.

De refectione expensarum in causis civilibus — — — R.ca 59

ij Statuimus et ordinamus q siquis fuerit condenatus contumax in causis civilibus dni ipse possit reficere expensas sententias se gravatum esse tota in parte. Et si in eadem causa prediose et sine licita occ.ne impedimenti fuerit iterum contumax no possit ulterius reficere expensas nec ulterius audiatur: sed procedatur contra eum ad executionem realem et ph ut sup in primo cap. de civilib.

De termi° dando ad pbandum Actori in causis Civilibus — R.ca 60

ij Statuimus et ordinamus q siquis citatus in civilib et et [illegible] ne gaverit cora curia: Actor possit in termi° trium dierum probari sine condemnatur

Civilium Liber 2us

inducere testes examinandos. Et si in dicto termino nõ possit inducere testes et probare propter iusta causa impeditus sit in arbitrio curie concedendi secunda et tertiam dilationem. Volumus et q creditor et debitor adinuicem possit facere pactum iuxta eorum arbitrio. Et causa sit contestata et decisa ac diffinita vi ... dicti iur.^ti^ Et officialis nõ possit propterea nec habet plusquã unius bononenis pro delato iur.^to^ in partibus faciendis.

De testibus minoribus nõ admittendis in causis civilibus — Rs. ca 61.
et alijs qui admittunt ad testificand in dictis cais

11 Statuimus et ordinamus q minores xiiij annorum nõ admittantur pro testibus in causis civilibus: et si admitterentur et examinarentur in dictis causis nõ valeat nec teneat eorum dictum ipso iure. Et q in causis civilibus possit testificari et probare frater pro fratre et alius propinque coniunctus dummodo nõ maneant in eos ad unum panem et ad unum vinum &c.

Nota fr. p fre pt testificari

De Compromisso faciendo inter Coniunctos — Rs. ca 62.

11 Statuimus et ordinamus q si litigarent invicem coniuncti usq in tertium gradum: Curia ...arionis possit et debeat eos compellere ad compromissum et ad terminandum cam. Et qui recusaret et nollet facere compromissum: et nollet obedire curie incurrat penam decem ... de facto pro quolibet et vice qualibet. Et nihilominus teneantur compromittere causam etiam soluta pena &c.

De mulieribus dotatis excludendis ab hereditate — Rs. ca 63.

11 Statuimus volumus et ordinamus q mulier dotata a patre aut patria fratre aut patruis et alijs suis consanguineis et coniunctis propinquis: stantibus et superstitibus maribus: ex fratribus aut descendentibus masculis a fratribus aut a patruis: nõ possit nec debeat succedere in hereditate et bonis patris et matris aut avi et avie fratris aut patrui: aut unius vel plurium eorum nec alicuius ipsorum. Et sufficiat q sit dotata ab uno prenominatorum: Ut femina dotata sit privata et exclusa penitus ab hereditate et bonis omnium prefatarum personarum. Et casu quo femine nõ essent dotate ab aliquo prenominatorum debeant in tali casu dotari ab alijs superstitibus dictarum personarum aut ab aliqua ipsarum in ...

Videm ... dictione ... Cant ...

Consuetudine suorum antiquorum. Et quod supradicte femine dotate vel dotande debeant stare et acquiescere dotibus eis constitutis: et plus non possint aliquo modo petere nec consequi et ex et occ^ne legitime, aut supplementi illius: quam reducimus virtute presentis statuti ad quantitatem dotis sibi constitute, et paraphernalium suorum seu mobilis (ut vulgo dicunt). Et si aliqua mulier aut filia, aut soror, aut neptis, aut alia coniuncta persona ab aliquo nuberet alicui et cum eo cui nupta esset non fecisset conventionem et nomen dotis: vir talis mulieris, aut alius pro ipso viro non possit nec debeat petere nec haberi pro dote plus quam quinquaginta florenos de marchia et pro paraphernalibus, seu mobili florenos viginti. Et si plus peteret non teneatur ei dari, quod peteretur: nec pro legitima nec pro eius supplemento: quam legitimam reducimus vigore presentis statuti ad dictam quantitatem lxx florenorum computatis paraphernalibus seu mobilibus.

Vide de forma[n]sa et adi[tion]e in fol. 90 [illegible]

De salario curie in causis civilibus

Rfa: 64.

Statuimus et ordinamus quod curia oppidi [illegible] habeat pro dicta petitione ad banchi cuius unum bononenum pro quolibet citato et plus petere non possit a bastone. Et pro dicta prestatione unum [illegible]: et pro dicto compromisso duos [illegible]: et pro dicto teste simplici examinato sine interrogatoriis et articulis duos [illegible]: et pro dicta sententia diffinitiva duos [illegible]: et pro dicto teste examinato cum interrogatoriis vel articulis tres [illegible]: quos duos solvat qui induxit testem et unum qui dat interrogatoria vel articulos pro quolibet teste: et citetur semper pars ad videndum iurare testes: et pro dicto alio acto ad bancum unius unum [illegible] et non plus. Et si secus fecerint dicta curia incidat in penam decem [illegible] pro quolibet acto et vice [illegible] de suo salario retinendi. Similiter volumus quod dicti officiales pro eorum executione quam fecerint contra quemlibet non possint petere nec habere a reo plusquam unum [illegible] pro quolibet floreno si executionem fecerint intus oppidi [illegible] seu in suburbio dicti oppidi: si vero fierent executiones extra muros dicti oppidi possint petere et habere a reo duos baiocchos et octo quatrenos pro quolibet floreno usque in quattuor florenos: abinde supra unum [illegible] pro quolibet floreno. Et si secus fecerint incidant in supradictam penam pro qualibet et vice qualibet. Et volumus et quod dicti officiales non possint petere nec habere sportulas in sententiis diffinitivis, ut solummodo superiori in anno [illegible].

de mercede Cancell[arii]

Executione [illegible]

De consilio sapientis petendo in causis civilibus

Rfa: 65.

Statuimus et ordinamus quod quilibet possit petere consilium sapientis [illegible]

Civilium liber 2.

civilibus quam in criminalibus et in d. d. et extraordinariis: et curia teneatur admittere sua petitione cum deliberatione temporis competentis. Et quod curia non possit compellere aliquem petentem consilium sapientis ad solvendum penam, nisi prius ad [illegible] consilium sapientis sumptibus petentis: nec etiam ad deponendum penam possit quem compellere nisi prius allatum fuerit consilium sapientis ut supra.

De mercede bayuli de citationibus faciendis pro forensibus — Rubrica capitulum 66.

Statuimus et ordinamus quod baiuli castri Arronis non possint petere nec habere a forensibus pro sua mercede plus quam duodecim denarios pro quolibet citato ad instantiam forensium si fuerit citatus intus oppidum Arronis aut in suburbio dicti oppidi: et si autem fuerit citatus in villis dicti oppidi habeat XXII denarios i. unum bolonenum pro quolibet citato: et si plus petierit incidat in penam decem solidorum pro quolibet citato et vice qualibet. — *denariorum declaratio*

Quod non possint auferri a curia pro executione facienda — Rubrica capitulum 67.

Statuimus et ordinamus quod officiales terre Arronis non possint auferre pannos mulierum nec arma offensibilia et defensibilia pro executione facienda. dummodo debitum non fuisset factum per ipsas mulieres: tunc liceat dictis officialibus auferre dictos pannos.

De diebus feriatis in quibus non redditur ius civile — Rubrica capitulum 68.

Statuimus et ordinamus quod per curiam Arronis non reddatur ius in causis civilibus in diebus dominicis in festo paschatis resurrectionis cum octo diebus precedentibus et octo sequentibus in festo pentecostes in festo ascensionis domini nostri in festo corporis christi. in festo nativitatis domini nostri iesu christi: cum octo diebus precedentibus et octo sequentibus in festo epiphanie. in festo circumcisionis domini nostri. in die veneris sancti. in omnibus diebus veneris de mense martii. in omnibus festivitatibus gloriosissime virginis marie. in festo sancti iohannis baptiste de mense iunii. in festivitatibus omnium apostolorum et quatuor evangelistarum. in festo omnium sanctorum. in festo [illegible] sancti laurentii. in festo sancti martini. sancti antonii abbatis. sancti calisti. sancti philippi [illegible] sancti [illegible] sancti [illegible] sancti [illegible]. sancti angeli de mense septembris. sancte crucis de mense maii. sancte catherine et sancte lucie. Et a nativitate sancti iohannis baptiste de mense iunii usque ad festum gloriosissime virginis marie de mense augusti.

Liber tertius De maleficiis

De modo et forma procedendi in maleficiis

Rubrica 69

[I]N primis volumus statuimus sancimus et ordinamus quod curia terre [illegible] pos-
sit procedere et prosequi in causis criminalibus omni tempore et diebus iuridicis et [illegible]
feriatis et in honore dei dicatis et aliis sive continuis. Et hoc ideo ut delinque-
ntes [illegible] et malefactores omni tempore timeant committere et puniant maleficia
et delicta. Et procedatur in hunc qui sequitur modum et formam. Item quod curia
committat baiulo ut citet et moneat delinquentem et inquisitum cum [illegible] ce-
dula inscriptis continente in se tenorem inquisitionis seu accusationis et quere-
le: et illam dictus baiulus ponat in manibus inquisiti si presentem invenerit sin autem
domi eius solite habitationis cum termino duorum dierum ad comparendum et se defendendum
Et si in dicto termino non comparuerit [illegible] simpliciter sine ce-
dula personaliter vel domi cum dicto termino ut supra. Et si in dicto ultimo termino dictus inquisitus
non comparuerit ponatur in banno in quantitate pene qua incurrerit et in quo
banno assignetur ei terminus quinque dierum ad comparendum et [illegible] suas defensiones fa-
ciendas. Et si in dicto termino non comparuerit dictus inquisitus procedatur ad sententiam
[illegible]. Ad quam sententiam audiendam citetur dictus inquisitus personaliter vel
domi et lata et promulgata dicta sententia notificetur dicto inquisito personaliter vel domi et
assignetur ei terminus decem dierum ad solvendum penam qua fuerit condemnatus. Et
si dictus inquisitus fuerit absens et [illegible] in patria et aliquis [illegible]
[illegible] et allegaret absentiam: curia considerata absentia et distantia con-
cedat ei terminum competentem ad comparendum ad rationem XX miliariorum pro quolibet
die distantie. Et si dictus inquisitus compareret in aliquo dictorum termi-
norum: et confiteretur delictum in parte vel in toto: aut negaret maleficium
in parte vel in toto per curiam admittatur sua comparitio. Data tamen prius idonea
cautione de parendo iuri et curie et solvendo omnem penam in qua de iure venerit
condemnandus: et citetur ad omnes actus faciendos in dicta inquisitione usque ad sententiam
inclusive. Et [illegible] pro singulis actibus et horis. Et solvat curie [illegible]
[illegible] pro sua responsione et data cautione etc.

De arbitrio Curie in causis criminalibus

[S]tatuimus et ordinamus quod potestas et officiales [illegible] possint pro-
cedere in causis criminalibus per inquisitionem denuntiationem accusationem
et querelam: et etiam ex officio [illegible] arbitrio et balia [illegible] et [illegible]
[illegible] per patres nostros [illegible] etc.

De testibus non admittendis in causis criminalibus

[S]tatuimus et ordinamus quod minores XV annorum non admittantur in testibus

Maleficiorum liber tertius

in malefitiis nec credatur eorum testificationibus: et si admitterentur et examinarentur, non valeat ipso iure: et nisi essent ad minus duo conformes et maiores XV annorum eorum testificatio non valeat nec teneat. Et feminae minores XII annorum in nullatenus admittantur et ad minus nisi sint tres conformes, non valeat ipsarum depositio ipso iure &c.

De pena blasfemantis deum et alios sanctos celestis curie — Rubrica 72

Blasfemantes

Statuimus et ordinamus (ut reprimatur serpentina lingua maledicorum et diabolicorum blasfematorum sororum et satellitum spiritus infernalium) quod nulla persona cuiuslibet status gradus conditionis et dignitatis existat audeat vel presumat blasfemare vel modo aliquo maledicere nomen omnipotentis dei ac domini nostri iesu christi, sive gloriosissime matris semper virginis marie: seu modo aliquo alio vituperose nominare eorum nomen: Et contrafaciens condemnetur et puniatur in libris denariorum XX pro quolibet et vice qualibet. Et si quis blasfemaverit et maledixerit ut supra nomen aliquorum aliorum sanctorum vel sanctarum celestis curie puniatur in libris denariorum decem pro quolibet et vice qualibet. Si quis vero iuraverit per corpus vel sanguinem dei vel immaculate virginis marie puniatur ipso facto in solidis denariorum XX. Si vero simili modo iuraverit per corpus et sanguinem aliorum sanctorum vel sanctarum puniatur ipso facto in solidis X denariorum. Et si quis una vice seu pluries blasfemaverit nomen dei et virginis vel aliorum sanctorum et sanctarum et plura ac diversa verba vituperosa protulerit contra aliquem ipsorum condemnetur et puniatur in duplo in quolibet casu dictarum penarum &c.

De pena committentis periurium et iurantis iniustum — Rubrica 73

Ut detur suffragium infortunate ac infelici anime iniqui et infidelis periuri hominis: Statuimus et ordinamus quod nulla persona tante temeritatis et bestialitatis audeat vel presumat facere vel inducere alios ad faciendum periurium et iniustum iuramentum iurando et testificando falsitatem coram curia dicte terre vel deponendo falsum: et qui contrafecerit condemnetur in libris denariorum quinquaginta pro quolibet et vice qualibet. Et si aliquem sua iniqua attestatione damnificaverit, ultra penam predictam teneatur ad refectionem damni et interesse patientis. Et si quis fecerit aut fieri fecerit falsos et iniquos contractus et instrumenta vel alias falsas scripturas condemnetur in libris denariorum centum pro quolibet et vice qualibet et teneatur ad interesse damnum passi ut supra &c.

con fieri facientes falsos contractus et scripturas

De pena cognoscentis carnaliter infideles et bruta animalia — Rubrica 74

Ut ne aliquis nec tamen occecentur et attrahantur a spurca et ferali libidine simili

Malleor liber tertius

Statuimus et ordinamus quod nulla persona tam obstinata a diabolica temptatione au-
deat vel presumat abuti et carnaliter cognoscere et peccare cum iudeis et aliis in-
fidelibus aut cum brutis animalibus. Et qui ceciderit in tam magnum scelus condempne-
tur et puniatur in libris den. CCC. pro quolibet et vice qualibet.

De pena committentis sodomiam — Rubrica 75.

Quoniam nullum est abhominabilius et pestilentius peccatum quam sodomiticum et
peccatum contra naturam et magis apud deum odiosum, ideirco statuimus et ordinamus
quod siquis a sexdecim annis infra usque in XIIII committeret peccatum sodomiticum
tam agens quam patiens si fuerint concordes in tali crimine condempnentur et pu-
niantur in libris den. L. pro quolibet et vice qualibet. Et siquis in simile pe-
ccatum ceciderit minor XIIII annorum et maior XII tam agens quam patiens ut supra
condempnetur in libris den. XXV pro quolibet et vice qualibet. Minores vero an-
norum XII similiter peccantes nullatenus teneantur ad penam aliquam. Siquis vero
maior XVI annorum et cuiuscumque etatis supra et perpetraretur tale horrendum crimen
tam agens quam patiens concordes ut supra condempnetur et puniatur in libris den. centum
pro quolibet et vice qualibet. Et siquis maior similiter peccatum committendo de-
gustaverit aut fregerit podicem alicuius pueri condempnetur et puniatur in libris
den. centum L. pro quolibet et vice qualibet. Volumus autem quod siquis inimi-
cus reperiretur in tali peccato non possit puniri aliqua pena a [illegible]

De pena cognoscentis carnaliter suos consanguineos et affines — Rubrica 76

Statuimus et ordinamus quod nulla persona tam dedita libidinose voluptati aud-
eat vel presumat carnaliter cognoscere et abuti matre patre aut filia tam
agens quam patiens si fuerint concordes et qui contrafecerit condempnetur in libris
den. CC. Siquis autem similiter peccaret cum sorore fratre nepotibus et neptibus car-
nalibus aut cum patruis amitis et materteris condempnetur in libris den. CL. Si-
quis vero similiter peccaret cum aliis suis consanguineis et coniunctis primis usque in
tertium gradum et cum compatre aut commatre vel personis religiosis condempnetur
in libris den. centum pro quolibet et vice qualibet. Et simili pena ut supra in libris den.
puniantur qui cognoverint carnaliter suos affines usque in tertium gradum ut supra.

De pena committentis adulterium cum personis alienis — Rubrica 77

Statuimus et ordinamus ut removeatur inhonesta libido et asperior sit re-
pressio libidinosis quod siquis tam vir quam femina a sexdecim annis supra com-
miserit adulterium cum muliere aliena condempnetur in libris den. LXX pro
quolibet et vice qualibet. Minores vero XVI annorum et maiores XIIII similiter
peccantes condempnentur in libris den. XXXX pro quolibet et vice qualibet.
Minores autem XIIII nullatenus teneantur ad penam. Et simili [illegible]

Biblioteca del Senato

aliqua per vim cogeretur ad committendum adulterium nulla pena puniatur. Et si quis interpellaverit aliquam mulierem de adulterio aut vim vellet ei inferre aut fecerit aliquod signum vituperii ut eam dehonestare vellet condempnetur in libris denariorum xxx° pro qualibet et vice qualibet si domi mulieris hoc fuerit. si autem alibi quam domi in libris denariorum xxv condempnetur. Si quis vero per vim exosculari per aliquam alienam mulierem in libris denariorum L° condempnetur vice qualibet. Et in omnibus adulteriis stupris et incestis curia arronis possit procedere per inquisitionem accusationem et querelam offensi et iniuriati.

De pena detrahentis alicui bonam famam — Rubrica 78

S[tatuimus] Statuimus et ordinamus (ut reprimatur diabolica et viperea lingua detractorum) quod si quis alicui detraheret aut denigraret suam bonam famam tam femine quam masculo: dicendo talis est leno: meretrix: latro: fur: aut alia verba inhonesta et enormia his similia: approbando ea certo et ex visu. Condempnetur et puniatur in libris denariorum xxv pro qualibet et vice qualibet. Et si in detractione mentitus fuerit teneatur confiteri se mentitum fuisse cum quo dixisset falsum. et pena duplicetur in falsa detractione. Et detractio talis detrahentis debeat probari legitime per duos testes.

De pena proferentis contra aliquem verba iniuriosa — Rubrica 79

S[tatuimus] Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque conditionis audeat vel presumat contra aliquem aliud dicere vel proferre cum sua maledica lingua aliqua verba iniuriosa: videlicet dicendo lenonem seu ruffianum: meretricem: proditorem: proditricem: falsarium et falsariam: cornutum et cornutam: furonem: stregam: gagliosfum et gagliosfam: latronem: assassinum et assassinam: predatorem et predatricem: manigoldum et manigoldam: maledictum et maledictam: farinchaginum et farinchaginam et alia verba iniuriosa his similia et dicentem mentiris per gulam. Et qui contra fecerit puniatur in libris decem denariorum pro qualibet et vice qualibet. Sed cum aliquem excommunicaverit dicendo verba contra eum excommunicatus non incurrat aliquam penam.

De pena obicientis aliquod vituperium contra aliquam personam — Rubrica 80

S[tatuimus] Statuimus et ordinamus quod nulla persona vestrum audeat vel presumat improperare et obicere alicui mortem violentam alicuius sui defuncti: aut aliquod vituperium et rem inhonestam. Et qui contrafecerit puniatur in libris denariorum decem pro qualibet et vice qualibet et quolibet verbo improperato.

De pena minantis et minas facientis contra aliquam personam — Rca. 81.

Item Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque gradus status et conditio-
nis audeat vel presumat minari et minas facere contra aliquem dicendo
ego volo te interficere [illegible] et qui contrafecerit puniatur in lib. den. quinque
ipso facto. et si diceret ego volo te verberare et vulnerare et dare [illegible]
tes et pugna colaphos et [illegible] alia verba minatoria his similia pu-
niatur de facto in lib. den. tribus. et si quis minaretur seu minas faceret
contra aliquem cum armis ferreis evaginatis puniatur in lib. den. decem. et
si minaretur cum fuste seu bastone et alio genere lignaminis, seu lapidibus
manu vacua et calcibus: puniatur ipso facto in lib. den. quinque pro
quolibet et vice qualibet et qualibet adminatione.

De pena causantis aliquam rixam — Rca. 82.

Item Statuimus et ordinamus quod qui causaverit et causam dederit alicuius rixe
aggressionis et rumoris puniatur in lib. den. X. pro quolibet et vice qualibet.

De pena facientis insultum cum armis vel sine — Rca. 83.

Item Ut pacifice vivatur et abhorreantur [illegible] et homines sanguinarii Sta-
tuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuslibet gradus status conditionis et
[illegible] existat audeat vel presumat insultum facere contra aliquem cum
armis evaginatis: puta ense pugione spata cultello. palo [illegible] ponere
et alijs armis his similibus. si fuerit ad domum propriam vel conductam vel ad
possessionem propriam vel conductam [illegible] de loco ad locum per [illegible]
suis: Et qui contrafecerit condemnetur et puniatur in lib. den. centum pro quoli-
bet et vice qualibet. Et si dictus insultus factus fuerit sine armis ad dictos
locos et supra insultans condemnetur in lib. den. XX. Et si quis insultaverit ali-
quem cum dictis armis alibi quam ad domum vel possessionem propriam condemnetur in lib.
den. XX. et si fuerit sine armis condemnetur in lib. den. X. Et si insul-
tus factus fuerit cum bastone aut alio genere lignaminis insultans puniatur
in lib. den. XXV. si fuerit domui vel possessioni et supra. si fuerit alibi si-
milis insultus puniatur in lib. den. X. pro quolibet et vice qualibet.

De pena percutientis aliquem cum armis — Rca. 84.

Item Ut obvietur odiosis et periculosis inimicitijs: que causant ruinas et [illegible]
ctiones hominum: Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuslibet gradus sta-
tus conditionis auctoritatis vel dignitatis seu nobilitatis existat audeat vel presumat
a diabolica temptatione commota percutere vel ferire aliquem cum armis ferreis [illegible]
lo. supra. et cum effusione sanguinis. et qui contrafecerit condemnetur puniatur

in lib. den. LXXX. Et si ex dicto vulnere remanserit perpetua cicatrix aut signum enorme et apparens vel fuerit cum fractura cranei condemnetur delinquens in lib. den. L. XXX. pro quolibet et qualibet vice et quolibet vulnere. Et si percussio seu vulnus fuerit sine sanguine et fractura cranei condemnetur delinquens in lib. den. XX. pro quolibet et vice qualibet et quolibet vulnere. Et si percussio seu vulnus illatum fuerit a collo infra cum effusione sanguinis percussionis condemnetur in lib. den. XXX. pro quolibet et vice qualibet et quolibet vulnere: et si fuerit sine sanguine condemnetur delinquens in lib. den. XV. pro qualibet percussione. Et si vulnera et percussiones fuerint facte cum bastone et alio genere lignaminis aut cum saxis a collo supra cum sanguine percutiens condemnetur in lib. den. XXX. Et si fuerit cum cicatrice apparenti aut cum fractura cranei delinquens condemnetur in lib. den. L. XXX. Et si fuerit a collo infra cum sanguine cum dictis armis puniatur delinquens in lib. den. XV. et si fuerit sine sanguine puniatur in lib. den. X. pro quolibet et vice qualibet et quolibet vulnere. Et si aliquis cum dictis armis ferreis vel non ferreis percutiens aliquem rumperet aliquod ossum cuiusque partis corporis condemnetur in lib. den. L. pro quolibet osso fracto. Et si percussus et vulneratus cum dictis armis remaneret manchus seu turpatus ex vulnere illato delinquens condemnetur in lib. den. centum pro quolibet et vice qualibet et quolibet turpio.

De pena amputantis alicui aliquod membrum vel occecantis vel afflascantis vel mutilantis membrum — CA. 85.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiusque conditionis gradus status et dignitatis existat audeat vel presumat cum armis ferreis aut sine ferro penitus amputare alicui aliquod membrum corporis puta crura brachia manus aut pedes et qui contrafecerit condemnetur et puniatur in lib. den. CC. pro quolibet membro amputato et vice qualibet. Et si quis penitus amputaret linguam alicuius condemnetur in lib. den. CCC. Et si quis penitus amputaverit nasum alicuius condemnetur in lib. den. CC. et si quis penitus amputaverit auriculam alicui condemnetur in lib. den. centum pro qualibet auricula amputata. Et si quis penitus amputaverit alicui digitos manus condemnetur in lib. den. L. pro quolibet digito amputato. et si quis amputaverit alicui digitos pedis condemnetur in lib. den. XXX. pro quolibet digito amputato. Et si quis occecaret aliquem cum armis vel sine condemnetur in lib. den. CC. pro quolibet oculo occecato. Et si quis cum armis vel sine fuerit causa

~~Malleus~~ liber tertius

ut aliquis amiserit genitalia idest signis afflascaverit aliquem condemnetur
[marginal note: et qualibet] in lb. den. centum pro testiculo deperdito seu afflascato. et si quis mutilaverit
alicui aliquod membrum corporis condemnetur in lb. den. xx. pro qualibet
membro mutilato et vice qualibet

De pena facientis cadere alicui dentem ex ore — Rubrica 86.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuslibet conditionis ut supra au
deat vel presumat percutere aliquem cum armis vel sine in facie. et ex tali
percussione percusso caderet aliquis dens ex ore puniatur contrafaciens
in lb. den. xxv. pro quolibet dente ex ore casso et evulso: ultra percus
sione seu vulnus in facie illatum.

De pena decorticantis faciem alicui cum unguibus — Rubrica 87.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona ut supra audeat vel presumat cum
unguibus decorticare seu raschiare faciem alicuius. et sanguis exiverit.
et qui contrafecerit puniatur in lb. den. x. et si sanguis non exiverit pu
niatur de facto in lb. den. quinque pro quolibet et qualibet vice.

De pena percutientis aliquem manu vacua vel calcibus — Rubrica 89.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona ut supra audeat vel presumat per
cutere aliquem a collo supra manu vacua per pugnos et colaphos seu calci
bus pedis cum sanguinis effusione et qui contrafecerit condemnetur in lb. den.
xx. pro qualibet percussione cum sanguine. et si sanguis non exiverit
puniatur in lb. den. x. pro quolibet et qualibet percussione. et si percus
sio talis fuerit a collo infra et sanguis exiverit percutiens puniatur
in lb. den. x. et si sanguis non exiverit puniatur percutiens in lb.
den. quinque pro qualibet percussione et vice qualibet.

De pena capientis aliquem per capillos seu barbam vel auriculas eiusdem — Rubrica 90.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona ut supra audeat vel presumat
capere aliquem per capillos seu barbam aut auriculas [above the line: malitiose] ipsum trahe
ndo et trahendo: et qui contrafecerit puniatur in lb. den. decem pro
quolibet et vice qualibet.

De pena capientis aliquem per personam et impellentis — Rubrica 91.

Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuscumque conditionis existens
c

Malefo[rum] liber tertius

JJ Statuimus et ordinamus q[uod] nulla persona cuiuscu[m]q[ue] gradus status co
nditionis nobilitatis dignitatis auctoritatis et privilegij existat audeat
vel presumat machinari et machinationes facere vel proditiones et in
sidias parare contra statum romane ecclesiam sedis apostolicam et summi pon
tificem: et contra com[mun]e populi et com[mun]itatis: et qui contrafecerit con
dempnetur et puniatur in lib. den. CCCCC. et siquis machinaretur et in
sidiaretur alicui alij private persone condempnetur in lib. den. XXV. pro
quolibet et vice qualibet.

De pena facientis conventiculas et cohadunationes — Rub. ca. 95.

JJ Ut pacifice vivatur in terra [illegible] [illegible] eius tor. et districtu: et ne fiat
aliqua perturbatio pacifici status et quietis: Statuimus et ordinamus q[uod]
nulla persona cuiuslibet status gradus et conditionis ut sup[ra] audeat vel
presumat facere conventiculas et cohadunationes hominum in oppido [illegible]
[illegible] eiusq[ue] tor. que conventicule causarent perturbationem pacifici statu
dicte terre et qui contrafecerit condempnetur in lib. den. XXV. pro quoli
bet et vice qualibet. Volumus aut[em] q[uod] conventicula et hominum [illegible] in
[illegible] a [illegible] hominibus sup[ra].

De pena facientis cadere aliquem de aliquo loco eminenti — Rub. ca. 96.

JJ Statuimus et ordinamus q[uod] siquis cuiuscu[m]q[ue] conditionis ut sup[ra] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] fecerit cadere aliquam personam de aliqua arbore vel de alio
alio eminenti loco: et si ex dicto casu seu lapsu cadentis sanguis exie
rit puniatur in libris den. XX. et si sanguis non exierit puniatur in
lib. den. X. p[ro] quolibet et vice qualibet et si ex dicto casu seu lapsu ca
dens frangeretur aliquod membrum corporis seu cranei capitis aut rema
neret manchus seu [illegible] et aliquo membro: aut amitteret aliquem
oculum: aut [illegible] et amitteret [illegible] [illegible] affiascharetur: Condempne
tur et puniatur in penis ut sup[ra] appositis de talibus casibus [illegible]
[illegible] p[ro] quolibet et vice qualibet et membro quolibet fracto seu mutilato.

De pena depingentis seu deturpantis aliquam imaginem sanctorum — Rub. ca. 97.

JJ Quoniam sepe ira ac furore aliquo commoti aliquam [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ut fit [illegible] [illegible] lusoribus: [illegible] et [illegible]
[illegible] hominis diabolico [illegible] [illegible] ad depingendum et deturpandum ima
gines sanctorum [illegible]. Ideirco statuimus et ordinamus q[uod] nulla per
sona tam scelerata et [illegible] existat audeat vel presumat in ali
quo depingere seu [illegible] [illegible] ac [illegible] aliquas figuras [illegible]
et [illegible] aliquorum sanctorum et sanctarum [illegible] [illegible] et [illegible]

Malef. Liber tertius

Condemnetur et puniatur in lb. den. centum pro quolibet et vice qualibet et
perpetuo habeatur et reputetur infamis apud homines. Et simili pena pu
niatur qui cum lapidibus percusserit dictas imagines et statuas —

De pena occupantis bona cois Arronis — Rca: 98.

Statuimus et ordinamus pro bono publico et utilitate ac decoro cois Arronis
quod nulla psona cuiuscumque gradus status conditionis nobilitatis dignitatis pri
vilegii et auctoritatis existat audeat vel presumat modo aliquo accipere
et occupare ac detinere bona et res cois Arronis intus portas dicte terre vz ac
cipiendo casalina spatia locorum impediendo vias seu stratas publicas et occupa
ndo alias res spectantes et pertinentes coitati Arronis. Et qui contrafecerit con
demnetur et puniatur in lb. den. l. Et siquis acciperet et occuparet portas
et muros oppidanos dicte terre seu turrem et turriones eiusdem condemnetur et
et puniatur in lb. den. cc. pro quolibet et vice qualibet. Et in dictis casi
bus predictis debeat amovere impedimentum aut edificium factum nisi forte
non fuerit concordans cum dicta coitate. Et siquis acciperet occuparet et detine
ret res et bona dicti cois extra dictum oppidum ubicumque invenirentur condemnetur et
puniatur in lb. den. xxv. pro quolibet et vice qualibet. Et nihilhominus
volumus quod debeat dimittere et relaxare res occupatas ut supra dicte coitati
quandocumque sibi fuerit notificatum et prohibitum per dictam coitatem seu curiam
dicte terre. Et casu quo non relaxaret et restitueret dicte coitati ut supra in ter
mino sibi assignato per coitatem seu per curiam ultra penam predictam incidat in pe
na x sol. pro quolibet die quo steterit in mora non relaxando dicta bo
na ut supra occupata. Volumus tamen quod siquis iuxta suum laboritium quod tene
ret accoptimani [?] cois Arronis acciperet aliquid modice quantitatis ultra suum
laboritium de bonis cois aut faceret aliqua focaciam iuxta et circa suum
laboritium non incurrat aliquam penam nec possit procedi contra eum per curiam
sine querela et accusatione vicarii et massariorum dicti oppidi Arronis. —

De pena turbantis aliquem in sua possessione vel domo — Rca: 99.

Ut obviemus insatiabili cupiditati et inexplebili avaritie et ut scandala
que possunt succedere removeantur. Statuimus et ordinamus quod nulla persona cu
iuslibet conditionis et auctoritatis ut supra existat audeat vel presumat turbare
seu modo aliquo molestare et inquietare aliquem in sua pacifica possessione aut
domo: fodiendo arando intrando tenendo et occupando et aliud faciendo
contra voluntatem domini. Et qui contrafecerit condemnetur et puniatur in lb.
den. l. pro quolibet et vice qualibet et debeat dimittere et relaxare res
et bona occupata vel turbata suo vero domino —

Maleficiorum liber tertius

De pena sibi ius dicentis — Rubrica : 100.

iij Ut formidine iustitie vivatur: et nequis alicui violentiam faciat: Statuimus
et ordinamus quod nulla persona tante audacie et arrogantie existat audeat vel
presumat sibi ipsi ius dicere et per vim auferre alicui suo debitori pallium seu
cappam birretum seu capitium denarios et alias res quas secum portaret: aut res
alias ex sua domo et possessione ut a se sibi ius dicat et faciat: et qui con
trafecerit condempnetur et puniatur in libr. den. L ta. pro quolibet et vice
qualibet: et restituat rem ablatam domino: quam per vim abstulerit —

De pena committentis furtum — Rubrica : 101

iij Ut inimicus humane nature ab oculis hominum amoveatur: qui stimolo con
scientie non pungerentur: Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiusque
conditionis existat audeat vel presumat furari et subtrahere rem ali
enam valoris quinque solidorum supra usque in X sol. et qui contrafecerit
puniatur ipso facto in libr. den. quinque. et siquis furatus fuerit rem ali
cuius valoris decem sol. sup. usque in XX sol. condempnetur in libr. den. X.
et siquis subtraxerit rem alienam valoris XX. sol. sup. usque in libr. quinque
condempnetur et puniatur in libr. den. XXV. et siquis furatus fuerit rem
alius valoris quinque libr. sup. usque ad summam X libr. condempnetur et puni
atur in libr. den. L ta. et siquis subtraxerit rem alterius valoris X libr.
usque in quantitatem XXV condempnetur et puniatur in libr. den. centum
pro quolibet et vice qualibet. et in dicto furto teneatur emendare dam
num domino in duplum. et siquis furatus fuerit et subtraxerit rem alie
nam valoris XXV libr. sup. in dicta quantitate. condempnetur et puniatur
per superiorem maiorem in pena legali: sicut et videbitur et placebit —

De pena committentis incendium — Rubrica : 102

iij Ut hominum temerariorum et malignorum ira ac impetus furiose bilis co
erceatur: Statuimus et ordinamus quod nulla persona cuiuslibet gradus sta
